Quod foelix et faustum sit Reipub. nostrae
literariae, Cras a prandio hora duodecima
scholasticum examen seu censuram public[e]
inchoabimus. Cum autem manifestum
sit solennia exercitia et utilia et necessaria
esse, Hoc enim pacto facile experimur,
quam diligentem operam unusquisque in dis[cendo]
navarit, Diligentes vehementius incitantur
Ignavi et segnes instigantur et impelluntur
Hoc praeterea modo auditores et praesentem
scholae statum, et quae sit de liberis suis
expectatio, cognoscunt. Non dubitamus
omnes bonos hoc factum probaturos, et sua
praesentia publicum examen ornaturos esse.
Quod ut faciant omnes hortamur atque oramus
Durabit examen dies 14. Datae Wi-
mariae 14. die Octob: Anno 1548.

Ludi literarij
praepositi — Wimariensis 1548

De Concilio Tridentino ad Ro: Ponti:
Elegia Magistri Joannis Stolsij
1545.

Accipe pro bulla foedissime Papa poëma
Successum Synodi quo tibi pingo parem.

Concilium cito tam sancto non pectore falso
Poscere te rapit spes bona Christiadas
Mens pia, non mala mens longo iam cognita fecit
Tempore spem tantam non sine tristitia.
Caesareos ita vis fieri non sidere caro
Turbine commentus ait struere insidias
Es bonis haud malus es, pacis non praelia quaer[is]
Gaudia non luctus vel mala Teutonicis
Solipotens tibi dat summo de vertice Christus
Dogmata nec Satanae sunt tua Tartarei
Conspicimus bene quod longo iam tempore luxit
Candida nec perijt te duce Religio

Conspiciunt tua te virtute deserta mentes
Dogmata de misteriis et lapsu horribilis
Contribuis tibi quia sancto sub nomine Christi
Gratia non sedes has dedit impietas
Attribuit domus hos titulos haud perfidus asus
Daemonis, at vivus non tua luxuries
Tritonico tum vulte regno non foedera damnat
Commoda non spectat mens tua dissidium.
Disperdas male ut Christo non daemone firmum
Vindice munire vis tibi praesidium
Iudicio tuo sunt stabili quia dogmata Christum
Dictis non manibus te gravi iudicium
Propterea nos tibi vitam non certemus mortem
Supplice poscimus tam bene promerito
Pontifici tibi nos gratos non carmina sancta
Oscula non natos ut decet offerimus
Infigimus super hanc laudes non foetida bullam
Stercora dat nobis quam tua supplicitas.

Canon
Fi teris asscripto si perlegis ordine carmen
At verum vero si legis inversus

Aliud
Si scripsisse tibi videor mendatia forsan
Hos versus Cancri noveris ingradu

Ambrosio Clavigero S. te tempore n. [illegible]
Forsan inverso mirabitis ordine carmen
Posse legi id fiat quia ratione patet
Accipe, dissidium monstrat ~~gero~~ gravis temporis huius
Inter se, populi quod duo bella gerunt
Pontificem una pars colit, colit altera Christum
Et fera diversa praelia mente ciet
~~Altera pontificis dogmata cuncta negat~~
Altera pontificis probat omnia dogmata Christi
Altera pontificis dogmata cuncta negat
Salvificam illa negat fidem, tristissima Christi
Vulnera deridet, ludibriumque vocat
Evehit ut pars nostra fidem fortem inclyta Christi
Vulnera et hac vitam instituamque vocat.

Sic animis igitur pugnatur utrinque paratis
Inditiumque faciunt Vtreque turbes suum
Altera pars sed falsis scripturae nititur umbris
Altera sincera dexteritate prior
Illius collumnis Monarchorum turba malorum
Pugnat et hoc Satanas signifer agmen agit
Nostra Lutherus agunt Pomeranus atque Melanchthon
Agmina, sed Christo vindice bella gerunt
Christi at aeterni soboles aeterna parentis
Adventum pugnas diriment ~~[illegible]~~ haste suo
Mersit et ut refluu Pharaona voragine ponti
Traduxit ferro sed sua castra pede
Sic fera papanus Vel fiantibus agmina terris
Opprimet at salvos ducet ut ante suos
Tu modo Christe, Vim [illegible]
Perfidiam puni, iustitiamque fove.

Vitamque faciunt Antimartiale
D. M. L.

Vitamque faciunt beatiorem
Potis, haec Epicurus ille tradit.
Ne spectes hominum deus mentem,
Non esse qui regat atque movet orbem
Spem vitae bene videas futurae
Quamvis mens ratioque sana monstrent
Fingas tibi soli esse procreatum
Caeteraque cuncta tuo esse nata ventri
Silenus placeat nihilque malis
Vivas ut tua suus unusque porcus
Et tandem moriare porcus et sus
Sic sic itur ad insulas beatas
Aeterno quibus igne carcer ardet
Et tales requirit Vsilaque porcos
Tunc malles Epicure non fuisse